

Año III

Núm. 15

Boletín Oficial
— DEL —
Obispado de Orihuela



1 de Noviembre de 1941

Dirección y Administración: PALACIO EPISCOPAL

Esc. Tip. del Oratorio.—ORIHUELA

ELABORACION ESPECIAL

DE

VINO BLANCO DULCE

PARA EL SANTO SACRIFICIO DE LA MISA

LOIDI Y ZULAICA

SAN SEBASTIAN

Proveedores de los Sacros Palacios Apostólicos

CASA CENTRAL

Idiáquez número 5

Telegramas: LOIDI

Fundada el año 1875



Bodegas de elaboración

en **ALCAZAR**

de **SAN JUAN**

CIUDAD REAL

Esta Casa garantiza la absoluta pureza de sus vinos con recomendaciones y certificados de los Eminentísimos Sres. Cardenal Arzobispo de Burgos, Arzobispos de Santiago y Valladolid, Obispos de Ciudad Real, Pamplona, Orihuela, Jaca, Segovia, Auxiliar de Burgos, Bayona (Francia), R. P. Dr. Eduardo Vitoria S. J., etc!

EXPORTACION A. ULTRAMAR

ENVIO GRATUITO DE MUESTRAS

BOLETIN OFICIAL

— DEL —

OBISPADO DE ORIHUELA

Dirección y Administración: PALACIO EPISCOPAL

SUMARIO

Sección Oficial.—SEMINARIO DIOCESANO: Circular; págs. 215 y 216.—Relación de alumnos examinados en los exámenes verificados el día 16 de octubre de 1941; págs. 216 y 217.—Relación de los alumnos agraciados en las oposiciones a becas perpetuas; págs. 217 y 218.—Relación de los alumnos agraciados en las Oposiciones de Becas y Pensiones según el orden de puntuación obtenidas en los exámenes; págs. 218 y 219.

Sección doctrinal y jurídica.—Sacra Congregatio de Disiplina Sacramentorum; págs. del 219 al 228.

Disposiciones del Poder Civil.—Junta para la reconstrucción de Templos; págs. 228, 229 y 230.

Vida Diocesana.—ACCION CATOLICA: Orihuela.—Imposición de Insignias; pág. 230.—NECROLOGIA; pág. 230.

SECCIÓN OFICIAL

SEMINARIO DIOCESANO

CIRCULAR

Por la presente, se pone en conocimiento de los Sres. Curas Párrocos y Clero diocesano, que a fin de reparar los inmensos daños ocasionados por la horda en el Seminario de S. Miguel, explicados más detalladamente en la reseña que se publica a continuación, se ha abierto una suscripción cuya finalidad es reparar el edificio y dotarlo de suficiente material, siendo los primeros objetivos un artístico sagrario y decorosas tallas de los contitulares de aquella Santa Casa.

Para tan loable fin, se han brindado al unísono con el celoso clero, los numerosos caballeros excautivos que por el ya doblemente histórico Seminario, desfilaron en horas de tribulación y amargura. Mas a fin de encauzar las actividades y desarrollar con más eficacia esta empresa que juzgamos de perentoria necesidad para el mencionado Centro, agobiado por deudas contraídas, comisionamos

a todos los Sacerdotes y en especial a los que tienen cura de almas, para que personalmente visiten a los excautivos de su feligresía, que sufrieron encierro en él, y repartiendo la propaganda que oportunamente recibirán, cooperan a la obra de las obras, porvenir de la Iglesia y esperanza de la Diócesis.

También esperamos que no quede ningún sacerdote sin aportar el modesto óbolo para tan laudables fines, no ya precisamente estimable por su cuantía, pues Nos es de sobra conocida la penuria actual, sino por estar amasado en el amor, afecto y cariño, que siempre se ha sentido y hoy más hondamente que nunca, hacia el Seminario de nuestros amores.

Orihuela 27 de Octubre de 1941.

Fiesta de Cristo Rey

Dr. L. Almarcha

Vic. General

**Relación de alumnos examinados en los exámenes verificados
el día 16 de octubre de 1941**

Joaquín Albaladejo Ureña	No apto para el ingreso.
Miguel Agulló Quiles	apto » »
Joaquín Albertos Ureña	No apto » »
Juan Bañón Medina	apto » »
José Miguel Berenguer Galván	apto » »
Aurelio Calpena Chacori	apto » »
Salvador Carrillo Sala	apto » »
José Castell Maciá	apto » »
José Fuentes Martínez	apto » »
Juan Galiana Amorós	apto » »
Ernesto Gálvez Navarro	apto » »
Manuel García Henrubia	apto » »
Manuel García Sala	apto » »
José L. Jara Vidal	apto » »
Ricardo Jover Mira	apto » »
Antonio López Bernabé	apto » »

Francisco Martínez Guilabert	Apto para el Ingreso
Francisco Mendaro Verdú	No apto » »
José M. ^a Mira Pérez	apto » »
Antonio Mora Martínez	No apto » »
Miguel Mira Ruiz	No apto » »
Manuel Mirete Rodes	apto » »
Francisco Molina Ferrando	No apto » »
Ricardo Navarro Martínez	apto » »
Luis Pastor Bernabeu	apto » »
Vicente Peral Albert	apto » »
Pablo Pérez López	No apto » »
Pascual Pomares Sánchez	apto » »
Carlos Poveda Gea	apto » »
Antonio Poveda Maciá	apto » »
Vicente Poveda Poveda	apto » »
Juan Quereda Ferrándiz	apto » »
Ginés Román García	apto » »
Antonio Riquelme Martínez	apto » »
Manuel Rosario Moya	apto » »
Alfredo Samper Palazón	No apto » »
Miguel Sánchez García	apto » »
Francisco Tarí Costa	apto » »
Jesús Vaillo Vaillo	apto » »
Juan Ramirez Nicolás	apto » »

Relación de los alumnos agraciados en las oposiciones a becas perpetuas

Beca del Ilmo. Sr. D. Victoriano Guisarola

Carlos Penalva Miralles

Beca del M. I. S. D. Andrés Díe

Pedro Serrano Bañón

Beca de D.^a Josefa Martínez Trives

Manuel Marco Botella

Beca del Rvdo. D. Pablo Diaz

Ernesto Gálvez

Beca Orihuela · Alicante

Santiago Payá Villaplana

Beca del Excmo. Ayuntamiento de Alicante

Juan Morata Sempere

Relación de los alumnos agraciados en las Oposiciones de Becas y Pensiones según el orden de puntuación obtenido en los exámenes

Juan Antonio Diaz Andreu	9 $\frac{1}{2}$	pensión de 500 ptas.			
Jesús Hernández Mateo	9 $\frac{1}{2}$	»	»	»	»
Elias Juan Ybañez	9 $\frac{1}{2}$	»	»	»	»
Francisco Tari Costa	9 $\frac{1}{2}$	»	»	»	»
Roque García Baeza	9	»	»	»	»
Francisco Martínez Sabuco	9	»	»	»	»
Domingo Juan Almodovar	8 $\frac{1}{2}$	»	»	»	»
Carlos Poveda Gea	8 $\frac{1}{2}$	»	»	»	»
Antonis Poveda Maciá	8 $\frac{1}{2}$	»	»	»	»
Francisco Pérez Aparicio	8	»	»	»	»
Antonio Cerdán Pastor	8	»	»	»	»
Francisco Martínez Gilabert	8	»	»	»	»
Bernabé Sánchez Martínez	8	»	»	»	»
José Hernández García	7 $\frac{1}{2}$	»	»	»	»
Joaquín Fuentes Martinez	7 $\frac{1}{2}$	»	»	»	»
Carlos Camarasa Rodriguez	7	»	»	»	»
Antonio Ruíz Cebrián	7	»	»	»	»
Juan Quereda Ferrándiz	7	»	»	»	»
Carlos Alonso Monreal	6 $\frac{1}{2}$	»	»	»	»
Francisco Maciá Fenoll	6	»	»	»	»
Antonio Riquelme Martínez	6	»	»	»	»
José M. ^a Mira Pérez	6	»	»	»	»
José Miguel Berenguer Galvañ	6	»	»	»	»
Salvador Carrillo Sala	6	»	»	»	»

Antonio González Marco	6	pensión de 500 ptas.
José Gómez Clemente	5 ½	» » « »
Juan Bañón Medina	5 ½	» » « »
Miguel Riera	5 ½	» » « »
Claudio Ros Martínez	5 ½	» » » »
José Luis Jara Vidal	5	» » » »
Angel Ortigosa Medina	5	» » » »
Luis Fuentes Nicolás	5	» » » »
Luis Pastor Bernabeu	5	» » » »

A otros por no haber alcanzado la puntuación necesaria, se les han concedido pensiones de menor cuantía.

Orihuela y octubre 1941.

El Secretario de Estudios
Francisco Sala

El Rector
Dr. Joaquín Espinosa

Sección doctrinal y jurídica

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM INSTRUCTIO

DE NORMIS A PAROCHO SERVANDIS IN PERAGENDIS CANONICIS INVESTIGATIONIBUS ANTEQUAM NUPTURIENTES AD MATRIMONIUM INEUNDUM ADMITTAT (CAN. 1020)

1. Sacrosanctum matrimonii institutum, divinitus inde ab hominum exordio conditum. Nova Lege a Christo Domino ad sacramenti dignitatem evectum, quovis tempore Ecclesia sedulo studuit ne ullius irreverentiae vel nullitatis periculo exponeretur, aptis praestitutis cautionibus ejus sanctimoniae accommodatis: Quanta autem et sanctitate et dignitate christianae nuptiae praefulgeant, etiam in memoriam reduxerunt litterae Encyclicae Pii f. r. Papae XI *Casti connobii* die 31 decembris anno 1930 editae (.), quae conjugalis consortium germanam naturam, nobilissimas praerogativas, praeclaros fines egregie recolere sategerunt.

2. Neminem latet gravem in sacramentum injuriam committere, ideoque non levi commaculati crimine, nupturientes qui ad matrimonium accedant haud servatis praecipitis ad Ecclesia naviter statutis ut christianae nuptiae licite, et praecertim valide, ineantur aptaeque praeterea evadant ad uberes sacramenti fructus

(1) *Apta Ap. Sedis*, vol. XXII, pág. 339 seq.

comparandos. Et quidem iniuriam hanc atque culpam participant etiam administri Ecclesiae, qui nupturientes, etsi inconsiderate tantum, ad celebranda vetita connubia admittunt, graviter neglecto officio sibi commissio accurate explorandi ne contra SS. Canonum statututa eadem neclantur.

Ad rem Ecclesia onus commisit animarum Praesulibus impertiendi parochis sibi subiectis idoneas normas pro investigationibus sedulo et opportuno tempore peragendis, ne matrimonio ineundo aliquid obstet; itemque ut, si reapse impedimenta adsint, actuose studeant ea auferre aut secus nupturientes infecto coniugio dimittant. Tale praeceptum continetur et in can 1020 Codicis I. C., cuius verba praestat referre:

§ 1. *Parochus cui ius est assistendi matrimonio, opportuno antea tempore, diligenter investiget num matrimonio contrahendo aliquid obstet.*

§ 2. *Tum sponsum tum sponsam etiam seorsum et caute interroget num aliquo detineantur impedimento, an consensum libere, praesertim mulier, praestet, et an in doctrina christiana sufficienter instructi sint, nisi ob personarum qualitatem haec ultima interrogatio inutilis appareat.*

§ 3. *Ordinarii loci est peculiare normas pro huiusmodi parochi investigatione dare.*

3. Porro nemo ignorat causas, unde initarum nuptiarum invalida aut illicita celebratio dimanat, ad tria capita reduci, nempe:

- a) *impedimentum matrimoniale proprie sumptum;*
- b) *vitium consensus;*
- c) *defectum formae canonicae.*

Gravia igitur incommoda contra sanctitatem christiani connubii praecavere studens, haec Sacra Congregatio, cui, ex statuto can 249, *proposita est universa legislatio circa disciplinam septem Sacramentorum*, quaeque iam vulgavit Instructionem *super probatione status liberi ac denuntiatione matrimonii*, die 4 iulii 1921 (1), apprime opportunum censuit alteram conficere Instructionem, qua adiutricem praebendo manum Rerum Ordinariis, quibus hoc onus ex § 3 relati; can. 1020 incumbit, eis suppeditaret idoneas normas ad nupturientium examen rite diligenterque explendum.

Quaestiones, nupturientibus seorsum proponendae, confectae reperiuntur in Appendice (*Alleg. I*) huius Instructionis, salva Ordinario variandi facultate, articulos demendo vel addendo pro matrimoniorum nullitatis aut illicitatis usitatoribus rationibus, quas in sua dioecesi contingere compererit, spectatis personarum ac temporum adiunctis.

4. At quaedam sunt prae primis adnotanda circa elementa inquisitionis a rel. can. 1020 praeceptae.

- a) *Quod ad parochum attinet: qui habet ius et onus inquirendi, is est cui*

(1) *Acta Ap. Sedis*, XIII, pag. 348 349.

competit assistentia matrimonio, et hic nisi iusta causa excuset, *est parochus sponsae* (can. 1097 § 2). Verumtamen, etiam parochus sponsi, vel proprio Marte vel instante sponso ipso vel sponsae parochus, examen peragat ad libertatem sponso in tuto ponendam, et peractae huius inquisitionis documentum ad sponsae parochum quam primum mittat, una cum ceteris documentis necessariis (testimonio baptismi, etc.) in suo paroeciali archivo forte exstantibus.

Ast, cum parochi sunt diversae dioecesis, documentorum istorum paroecialium transmissio fiat semper per tramitem cancellariae Curiae Episcopalis sponsi—cuius insuper erit litteras testimoniales dare de libertate status sponsi—ad sponsae parochum, quoties hic, prout de more, matrimonio assistit: versa vice per cancellariam Curiae Episcopalis dioecesis sponsae id fiat, si quandoque accidat ut matrimonio assistat parochus sponsi.

Haec S. Congregatio autem valde exoptat ut antequam parochus ad matrimonii assistentiam procedat, licentiam suae Curiae, quam *nihil obstat* nuncupant, consequatur: id vero praecipit cum nupturientum parochi sunt diversae dioecesis.

Quo accuratius in re tam gravi procedatur, Curia Episcopalis prorsus exigat ut parochus, cui licentia (*nihil obstat*) danda est, ad Curiam ipsam mittat opportuno antea tempore documenta omnia praematrimonialia una cum *exemplari*, cuius specimen in Appendice (*Alleg. V*) invenitur, omnibus notitiis ibi requisitis praedito. Hoc autem exemplari, prout in eodem cautum est, utatur sive Curia in concedendo *nihil obstat*, sive parochus in concedenda sacerdoti, legitima ceterum facultate praedito, licentiam assistendi matrimonio extra paroeciam forte contrahendo; illudque dein caute asservetur in archivo paroeciali loci, ubi nuptiae initae sunt.

Munus vero Inquirendi parochus *sub gravi* incumbere patet ex gravitate rei; neque a tali onere ipse eximitur, licet moraliter certus sit nihil obstat validae et licitae matrimonii celebrationi. Examen peragatur *personaliter parochus*, nisi iusta causa excusetur.

b) Quoad *tempus* inquisitionis: haec peragenda praecipitur «*opportuno tempore ante matrimonii celebrationem*» seu, prout res ipsa postulat, ante proclamationes matrimoniales, vel dum hae peraguntur.

c) Quoad *obiectum* autem huius inquisitionis: per ipsam ea omnia exploranda sunt, quae matrimonio ineundo quomodocumque obstat. Proinde, praeter quam de iis, quae speciatim enunciatur in § 2 rel. can. 1020, de quibus infra uberius, inquirendum est prae primis:

a) de susceptis baptismo et confirmatione, legitimis eorundem documentis comparatis. *Fides vero baptismi recens esse debet nec ante semestre exarata quam matrimonium ineatur*; et inibi adnotata reperiantur ea omnia quae conscribenda sunt ex statuto can. 470 § 2 et art. 225 Instructionis huius S. Congregationis, quae inscribitur *Instructio servanda a tribunalibus dioecesanis, etc., diei*

15 aug. 1936 (*Acta Ap. Sedis*, vol XXVIII, pag. 313 seq) (1). Afirmationi etiam iuratae nupturientium se baptizatos non esse, facile ne credat parochus nisi alunde id ipsi certo constet, sed, ad fraudes in re praecavendas, a parochi loco originis requirat utrum e libro baptizatorum constet hoc sacramentum eis esse collatum; quo in casu et ipsius fidem petat;

§ de paroecia vel paroeciis, quibus celebratum matrimonium debet notificari:

§ nupturientesne sint aetate maiores an minores;

§ utrum ambo catholici eorumne alteruter vel uterque acatholicis, ad canonicam tamen formam adstrictus vi can. 1099;

§ si casus ferat, inquiretur, demum, de obitu praecedentis coniugis; de sententia nullitatis matrimonii et quidem executiva ad normam iuris (*cfr. art. 220, 221 § 3 memoratae Instructionis*) (2), etiam in casibus exceptis (*cfr. ibid, art. 226 seq.*); de dispensatione super matrimonio rato et non consummato: comparatis ad rem singulis legitimis documentis:

§ quod autem refert ad evincendam libertatem status nupturientium vide infra n. 6.

(1) Can. 470 § 2. *In libro baptizatorum adnotetur quoque si baptizatus confirmationem receperit, matrimonium contraxerit, salvo praescripto can. 1107, aut sacrum subdiaconatus ordinem susceperit, vel professionem sollemnem emisit, eaeque adnotationes in documenta accepti baptismatis semper referantur*,

Art. 225 § 1. «*Ordinarius loci... obligatione adstringitur iniungendi quantumcuius rectori paroeciae, ubi matrimonii celebratio est paroecialibus registis consignata, ut de sententia nullitatis ac de vetitis forsitan statutis, ex gr. in causis impotentiae, in iis faciat mentionem necnon in baptizatorum registro, si in ea paroecia uterque vel alteruter coniux fuerit baptizatus.*

§ 2. *Rector autem paroeciae tenetur sententiam nullitatis ac vetita forte statuta statim adnotare in praedictis registis et uterque vel alteruter coniux alibi baptizatus fuit, parochum vel parochos loci baptismi collati monere de prolata nullitatis sententia, ac de vetitis forte statutis, ut haec in renatorum libro ipsi adnotent, necnon de iis a se peractis certiozem quam primum reddere proprium Ordinarium*».

(2) Art. 220. «*Post secundam sententiam, qua matrimonii nullitatem confirmaverit, si defensor vinculi in gradu appellationis pro sua conscientia non crediderit esse appellandum, ius coniugibus est, decem diebus a sententiae denuntiatione elapsis, novas nuptias contrahendi (can. 1.987)*».

Art. 221 § 3. «*In casu autem desertionis (ex parte defensoris vinculi interpositae appellationis ad tertiam instantiam post alteram sententiam pro nullitate matrimonii), partibus ius est ad novas nuptias convolare, habita notificatione decreti quo collegium statuerit appellationem desertam (cfr. can. 1886), vel peremptam (cfr. cann. 1.736 1.737) habendam esse*».

d) Quoad postremo *modum* explendi examinis: in rel. can. 1.020 § 2 praecipitur ut parochus sponso *seorsum* et *caute* interroget, nempe, ut ajunt Doctores, distincte, separatim et caste, debita prudentia et circumspectione, praesertim cum inquirat de impedimentis aliisque adiunctis, quae infamiam ruboremve ingerere possint (1).

5. Nupturientium examen, ad normam, § 2 rel. can. 1.020, tria potissimum respiciat oportet:

- a) *absentiam impedimentorum;*
- b) *libertatem consensus;*
- c) *sufficientem scientiam doctrinae christianae.*

Quoad *primum*: parochus a sponsus percontetur num aliquo detineantur impedimento tum impediendo (cc. 1.058-1.066) (2), tum praesertim dirimente (cc. 1.067-1.080), sive publico (ligaminis, consanguinitatis, affinitatis, etc), sive occulto, immo hoc potissimum, quod rarius innotescere solet (voti, criminis, etc) (*Alleg. I*).

§ Praecipui connubiorum casus, ad hanc Sacram Congregationem delati pro simplici convalidatione aut pro convalidatione aut pro sanatione in radice, matrimonia respiciunt celebrata cum impedimento in *secundo consanguinitatis vel affinitatis lin. col. gradu*, aut saepius *consanguinitatis in tertio simplici vel tertio secundum tangente eiusdem lineae gradu*, neglecta canonica dispensatione. Id plerumque accidit ob ignoratum, ideoque non denunciatum a nupturientibus, impedimentum, quod saepe est tribuendum ignorantiae ex diverso statuto legis canonicae et legis civilis, quae altera lex plerumque ignorat recensita impedimenta canonica.

Ad rem, igitur, diligenter inquirat parochus perpendendo, praeter cetera, contrahentium et eorum parentum cognomina, unde saepe consanguinitas colligitur, testimoniaque suscepti baptismi; partibus recolat consanguinitatis gradus iure canonico matrimonio obstantes, et, si earum reticentiam suspicetur, ad tramitem can. 1.031 § 1 n. 1.º, testes fide dignos et iuratos adhibeat pro huiusmodi accuratiore exploratione (*Alleg. II*).

§ Ad impediendos vero errores, qui quandoque pro dispensatione interpretanda a Sede Apostolica irrepunt in computationem gradus impedimentorum consanguinitatis et affinitatis, in precibus addatur *arbor genealogica*.

§ Vitetur ideo in eisdem precibus aequivoca impedimentorum descriptio, prout haberetur si sponsi, detenti duplici impedimento v. g., consanguinitatis

(1) Ad rem poterit Episcopus alias praestituere cautelas moribus regionis accommodatas: verbi gratia, prudentis personae praesentiam, quae tamen nupturientium ne sit pater vel mater.

(2) Impedimentum *mixtae religionis*, ex responso Pontif. Comm. ad Codicis canones auth. interpr. diei 30 iul. 1924, ad l, eos quoque afficit qui sectae atheisticae adscripti sunt vel fuerunt (*Acta Ap. Sedis*, vol. XXVI, pag. 494)

in secundo (maiore) et in tertio (minore) lin. coll. gradu, denunciarentur tamquam ligati impedimento consanguinitatis «secundi-tertii» aut «secundi et tertii» absque addita explicatione: formula enim ista significare potest impedimentum «secundi gradus mixti cum tertio» unicum nempe et minoris gradus: ac proinde dispensatio forte ita impetrata nullitate laboraret.

§ Praeterea, prout liquet, ad *valorem* dispensationis ad impedimentis maioris gradus requiritur *causa canonica seu iusta, gravitati proportionata, reapse in casu existens*: ad rem proinde oculis habeantur praesertim duae Instructiones, altera diei 9 maii 1877 S. C. de Propaganda Fide, altera diei 1 augusti 1931 huius S. C. (1), probatique auctores consulantur. Haec ideo causa est exprimenda in precibus pro dispensatione impioranda sive ab Apostolica Sede sive ab Ordinario tali facultate praedito, et dein, dispensatione impetrata, de eiusdem causae existentia (quod probe notandum) *certo* constare debet *ante rescripti executionem*, sub periculo irritae dispensationis (can. 38 et 41).

§. Notatu dignum insuper est, ad *aetatem superadultam*, quae haud semel adduci solet pro muliere, *quae vidua non sit*, requiri *vicesimum quartum annum completum*.

Ceterum semper exprimat in litteris testimonialibus *aetas* nupturientium a fide baptismi desumenda.

§ Demum haec S. Congregatio pro suo munere parochos hortatur ut aptis temporibus in catechesi populo tradenda (canon 1.018) fidelis rite ipse edoceant de impedimentis matrimonialibus sive impredientibus sive, praesertim, dirimentibus. Eisdemque avertere conentur, praecipue si arctioribus impedimentis consanguinitatis vel affinitatis delineantur, a nuptiis inter se conciliandis, aut saltem enixe, parentes potissimum, inducant ad impedimenta ipsa auctoritati Ecclesiae denuncianda pro dispensatione, quando peculiaribus adiuncta matrimonium nihilominus suadeant: iisdemque explicent haud nimias urgeri causas, quae titulo ammendae seu poenae imponuntur nupturientium viribus oeconomicis congruentes, easque exiguas prorsus esse pro pauperibus.

6. Ob rei momentum, specialia sunt animadvertenda *de impedimento ligaminis*, Pervigilent parochi ne contra ius, bona vel mala fide, nova conjugalia foedera ineant qui praecedentis matrimoni vinculo vinciantur, etsi de huius valore haud temere ambigatur, immo nullitas ipsa sit in aperto.

§ Praescriptum can. 1.069 § optime noriat, matrimonii nempe nullitatem *canonica dumtaxat probatione esse evincendam*, id est ordine iudiciali servato usque ad alteram sententiam conformem contra matrimonii valorem a qua appellatum non fuerit a vinculi defensore; vel in casibus exceptis (can. 1.990 1.992) expletis regulis traditis in supra memorata Instructione huius S. C. diei 15 augusti 1936 art. 226 seq.

§ Proclamationes peragantur matrimoniales etiam in locis ubi nupturientes per semestre saltem post adeptam pubertatem morati sunt, si in prudenter

(1) *Acta Ap. Sedis*, vol. XXIII, pag. 413 seq.

censeat Ordinarius (can. 2.023 § 2). neque ab iisdem dispensetur nisi legitima causa comprobata (canon 1.028), neque facile, ceteris neglectis probationis argumentis (*Allg. II et III*), procedatur, ad iusiurandum suppletorium (*Allg. IV*) partibus deferendum (cc. 1.829 1.930) iuxta vero praescriptum u. 3 praefatae Instructionis diei 4 iulii 1921, difficultas, quae aliquando occurrit, colligendi nempe congruo tempore necessaria documenta pro statu libero comprobando, plerumque resolvitur documenta ipsa requirendo per diocesano nupturientium (uti sub n. 4) cancellarias, quae minuere non omittent etiam taxas solvendas, ad normam can. 1507 § 1 statutas, si exinde et alia difficultas oriatur (1)

§ Cautius esse procedendum quoad probationem status liberi *vagorum*, eorum qui nullibi domicilium vel quasi-domicilium habent (can. 91), et *eorum, qui e loco originis in longinquas regiones demigrarunt* post adeptam pubertatem, et ibi matrimonium contrahere cupiunt. Ad rem servetur admodum memorata Instructio huius S. Congregatae diei 4 iulii 1921.

7 Quoad *libertatem consensus*: a sponsis postulet parochus utrum matrimonium libere et sponte inire cogitent, an potius vi aut metu aut importunis precibus vel suasionibus alicuius ad idem compellantur. Id praecipue inquirat a sponsa quippe quae, uti constat, metui sit magis obnoxia. Nec redditis ab iisdem forte negativis responsionibus acquiescat, sed et alia peragat investigationes ad libertatem consensus uberius et securius evincendam. Hoc est magis accurate explorandum, quando nupturientes ad nuptias ineundas inducuntur ut cuidam oborto discrimini medeantur, praesertim ad poenas vitandas exinde civili lege secus obeundas. Probe perpendant parochi unum e praecipuis capitibus nullitatis matrimoniorum, quae ad ecclesiastica tribunalia deferuntur, in vi metuve incusso consistere (*All. I, n. 10, 11*)

8 Ulterius exploret parochus, nisi personarum qualitas hanc explorationem inutilem reddat, utrum nupturientes *christianam doctrinam* satis calleant, et, prae ceteris, utrum probe noscant sanctitatem et indisolubilitatem christiani connubii obligationesque status matrimonialis. At, si christianae doctrinae eos ignaros repererit, prima saltem elementa sedulo ipsos edoceat; quod si renuant, non est tamen locus eosdem respuendi a matrimonio ad normam can. 1.066 (2)

9 Sponsorum examen id insuper contendat ut grave flagitium illud praevaleatur, quod hodie potissimum ob hominum improbitatem canonicis nuptiis quibusdam in locis incumbit.

Non desunt enim alicubi, praesertim in magnis urbibus, qui, sprete canonica lege, nuptias inire praesumant adiecta aliqua conditione aut intentione, connubii

(1) Ad nupturientum paroeciam et diocesim originis dignoscendam hodie praesto sunt libri sic nuncupati *annales ecclesiastici* pro singulis nationibus editi de licentia competentis ecclesiasticae autoritatis.

(2) Cfr. resp. Pontif. Comm. ad Codicis canones auth. interp. diei 2-3 iunii 1918, VI, de matr. ad 3 (*Acta Ap. Sedis*, vol. X, pag. 345).

sive suspensiva sive irritativa, quae effugium suppeditare queat iugum postea excutiendum, novas nuptias conciliandi causa.

Itaque in locis ubi iudicio Episcopi id expedire videatur, in examine nupturientium parochus data opera immoretur et idoneas peragat investigationes, ad rem adhibititis quaestionibus in *Alleg. I n. 15-15*, exaratis, aliisque aptioribus, quas locorum adiuncta et personarum conditiones postulent.

Nupturientes autem omni studio conetur parochus, si casus intersit, avertere ab expositis intentionibus et conditionibus matrimonio adiiciendis eosque inducere ad retractandas forte iam adiectas.

Quoad vero licitae cuiusdam *conditionis* de futuro, de praesenti aut de praeterito *legitimam* appositionem, parochus Ordinarium consulat eiusque pareat mandatis (*Ali. I n. 17*).

10 Quod demum attinet ad connubiorum nullitatem *ob non servatam canonicam formam*, praecipui casus ad hanc Sacram Congregationem delati reducuntur ad defectum vel *testium vel legitimae delegationis* in sacerdote assistente: quorum si primum plerumque inadvertentiae, alterum est et imperitiae, utique culpabili, tribuendum. Proba igitur addiscant oportet sacerdotes, antequam matrimoniis assistant, statuta canonum 1094-1095, quod refert ad validam et licitam eorundem assistentiam; necnon responsiones Pont. Comm. ad Codicis canones auth. interp. die 14 iulii 1922, 20 maii 1923 et 28 decembris 1927 (1).

11 Conclusionis instar, quae infra recensentur, speciali modo commendat insuper Revmis Ordinariis haec S. Congregatio:

§ In locis ubi id iure concordatario cautum sit, uti v. g. in Italia et in Republica Lusitana, curent ut a parochis documentum de initis connubiis statuto tempore ad officium *status civilis* pro eorundem transcriptione in ilius registis mittatur. In genere autem adamussim ea omnia servari praecipiant, quae concordatario iure in re matrimoniali servanda sint (2).

b) Quoties matrimonium initur a nupturientibus, quorum alteruter vel uterque ad aliam paroeciam pertineat, parochus qui matrimonio adstitit, praeter adscriptionem eiusdem in suo libro matrimoniorum, et si ibi coniux fuerit baptizatus, etiam in calce actus baptismi, *quam primum* de eodem celebrato commonefaciat parochos vel parochum loci baptismi amborum coniugum vel alterutrius. Hi autem receptas notitias transcribant ad normam can. 470 § 2 in suis renatorum registis (can. 1.103 § 2) et nuntium scriptum de peracta transcriptione

(1) *Acta Ap. Sedis*, vol. XIV, pag. 527 V; vol. XVI, pag. 114-115. V et VI; vol. XX, pag. 61-62, IV.

(2) *Cfr. pro Italia* «Istruzione circa l'esecuzione dell'art. 34 del Concordato...» 1 luglio 1929, n. 29 seq. (*Acta Ap. Sedis*, vol. XXI, pag. 351 seq); *pro Lusitania* «Istruzione agli Eccmi Ordinari del Portogallo... sul'esecuzione degli articoli del Concordato...» 21 settembre 1940 (*Acta Ap. Sedis*, vol. XXXIII, pag. 29 seq.)

mittat ad parochum, qui matrimonio adstipit. Is vero non acquiescat donec hunc nuncium receperit; receptum autem alliget fasciculo documentorum celebrati matrimonii.

c) Omni studio contendat ut sententia exsecutiva nullitatis matrimoni vel apostolica dispensatio a matrimonio rato et non consummato, quantocius denuntientur, cum vetitis transeundi ad alias nuptias ibidem forte statutis, rectori paroeciae, ubi matrimonii celebratio est paroecialibus registis consignata, ut ab ipso de eadem sententia vel dispensatione necnon de vetitis forsan adnexis scripta mentio fiat tum in matrimoniorum cum in baptizatorum libro, si in ea paroecia alteruter aut uterque coniux fuerit baptizatus; si alter vel ambo sine alibi baptizati, idem rector paroeciae parochum vel parochos loci collati baptismi monere adstringitur de prolata nullitatis exsecutiva sententia vel concessa dispensatione cum vetitis forte statutis, ut isti haec in renatorum libro scripto adnotet. Ipse vero rector de iis a se peractis certiolem quam primum faciat suum Ordinarium.

d) Pervigilent vero ut baptismus fortassis extra paroeciam originis collatus, praeter quam in renatorum regesto paroeciae vel ecclesiae, baptismali fonte iure etiam cumulativo ad normam can. 774 § 1 praeditae, ubi quis, reapse eum suscepit, scripto item consignetur libris paroeciae originis. Ad rem quam primum per parochum vel rectorem ecclesiae collati baptismi tradendus est ad rectorem paroeciae originis nuncius scriptus, qui fideliter omnia et singula elementa complectatur quae ad baptismi actum rite conficiendum iure (can. 777)

e) Demum parochis praecipiant ut libros matrimoniorum et baptizatorum diligentissime conficiant atque conscribant: nempe in priore *ill'co* redigant actum canonicum singulorum matrimoniorum in propria paroecia celebratorum; in posteriore vero, nempe in renatorum libro, ea omnia scripto adnotent, quae can. 470 § 2 iubentur, et in neglegentes animadvertant etiam poenis ad normam can. 2.383.

f) Attente inspiciant Ordinarii per crebras visitationes *intra singula semestria*, si fieri potest, et saltem non ultra annum, faciendas, uti exoptatur, *personaliter*, vel per idoneas ecclesiasticas personas, utrum paroeciarum rectores registra paroecialia *matrimoniorum et baptizatorum praesertim*, ad normam iuris, prouti sub littera e), conficiant confectaue in archivo rite asservent; *singulos* vero *actus* expendant celebratorum matrimoniorum et collatorum baptismatum eosdemque singulos *quodam apposito speciali signo* communiant, unde de peracta recognitione constet. Quoties vero matrimonio adstiterit sacerdos, qui indiguerit delegatione a iure canonico requisita (can. 1.094), Ordinarii ipsi diligenter inquirat utrum necessaria haec in singulis casibus intercesserit delegatio, eaque ad normam iuris impertita.

12 Haec Sacra Congregatio, gravissima incommoda quae ex illicitis atque irritis nuptiis eveniunt prae oculis habens, locorum Ordinarius deprecatur ut pro sua pastoralis sollicitudine, cum parochis traditas cautelas communicent omnique cura advigilent ut exsecutioni mandentur, canonasque poenas infligere ne

omittat in neglegentes ad normam can. 2.222 § 1, haud exclusiva suspensione a divinis, praesertim in recidivos, quo tutius nuptiarum rentae celebrationi prospiciatur, cuiusvis offensionis periculo remoto, prout sacramenti matrimonii dignitatem et sanctitatem decet.

De diligenti observantia canonicae matrimoniorum disciplinae hac Instructione digestae et praecipue de peractis visitationibus (uti supra n. 11 f) iidem locorum Ordinarii certiore *quotannis faciant* hanc Sacram Congregationem per *specialem relationem* adnectendam relationi «*de tractatione causarum matrimonialium*» ad eandem transmittendae vi litterarum diei 1 iulii 1932 (1).

Ordinarii autem Italiae, qui relationem de tractatione causarum matrimonialium non amplius transmittere tenentur ob noviter instituta tribunalia matrimonialia Litteris Apostolicis Motu Proprio datis a Pio f. r. Papae XI die 8 decembris 1938 (1), de observantia huius Instructionis et de peractis visitationibus referant ad hanc Sacram Congregationem *sub initio cuiuslibet anni*.

Ssmus. Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XII, in Audientia Excmo. Secretario H. S. C. dii 14 iunii 1941 concessa, praefatam Instructionem, ab EE. PP. in Plenariis Conventibus maturo ac diligenti examini iam subiectam benigne approbare dignatus est.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 29 mensis iunii, in festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli anno 1941.

D. CARD. JORIO, *Praefectus*.

L. ✠ S.

F. BRACCI, *Secretarius*.

(1) *Acta Ap, Sedis*, vol. XXIV, pág. 272 seq.

(Continuará)

Disposiciones del Poder Civil

JUNTA PARA LA RECONSTRUCCION DE TEMPLOS

ORDEN DE 25 DE JULIO DE 1941 POR LA QUE CONSTITUYE LA JUNTA NACIONAL PARA LA RECONSTRUCCION DE TEMPLOS PARROQUIALES. DE ACUERDO CON EL DECRETO DE 10 DE MARZO DE 1941

Ilmo. Sr.: Con objeto de dar cumplimiento a lo dispuesto en el Decreto de 10 de marzo de 1941, sobre extensión de los beneficios de la Ley de 23 de septiembre de 1939 a la reconstrucción de iglesias destruidas total o parcialmente como consecuencia de la revolución marxista o de la guerra de liberación.

Este Ministerio de acuerdo con las atribuciones que le concede el artículo 8.º de dicho Decreto, ha tenido a bien disponer lo siguiente:

Artículo 1.º Se constituirá en la capital de la Nación una Junta Nacional encargada de la reconstrucción de los Templos parroquiales dañados por la guerra de liberación o por la revolución marxista y que estará dotada de la personalidad jurídica suficiente para el desarrollo de la función que se le encomiende.

Art. 2.º Formarán parte de la Junta Nacional el Subsecretario de la Gobernación, que actuará de Presidente, y como Vocales, el Obispo de Madrid-Alcalá y los Directores generales de Asuntos Eclesiásticos, Propiedades y Regiones Devastadas, actuando de Secretario técnico un Arquitecto designado por esta última.

Art. 3.º Serán funciones de la Junta Nacional, las siguientes:

a) Ordenar e informar los proyectos de reconstrucción, elevando propuesta a este Ministerio de las subvenciones que el Estado ha de aportar, de acuerdo con las escalas cuyos topes máximos se señalan en los artículos 2.º y 3.º del Decreto de 10 de marzo de 1941.

b) Propondrá a este Ministerio la construcción de las Juntas diocesanas locales que considere conveniente, de acuerdo con lo dispuesto en el artículo 7.º de dicho Decreto.

c) aprobará y vigilará la recaudación y administración de los fondos que para los fines de reconstrucción se obtengan mediante suscripciones entre los fieles, donativos, asignaciones en colectas nacionales o internacionales o cualquier otro recurso que se autorice para dicho fin.

Art. 4.º En el plazo de treinta días, a contar de la publicación de la presente Orden, la Junta Nacional elevará a la aprobación de este Ministerio el Reglamento de funcionamiento en el que figurarán las escalas de subvenciones a que el artículo 3.º, apartado a) se refiere, así como la forma y plazos de entrega de las mismas.

Lo que tengo el honor de poner en su conocimiento a los efectos oportunos. Dios guarde a V. I. muchos años.

Madrid, 25 de junio de 1941.

GALARZA

Ilmo. Sr. Subsecretario de la Gobernación.

SOBRE DEVOLUCIONES DE TITULOS MOBILIARIOS A LA IGLESIA

DECRETO DE 22 DE JULIO DE 1941, DE EXENCION DEL PAGO DE DE RECHOS DE LAS DEVOLUCIONES DE TITULOS MOBILIARIOS PERTENECIENTES A LA IGLESIA QUE SE REALICEN POR LOS JUZGADOS GUBERNATIVOS O POR LA COMISION LIQUIDADORA DE LA CAJA MARXISTA DE REPARACIONES

El artículo treinta y tres de la Instrucción sobre el procedimiento a seguir con los depósitos bancarios, cajas de seguridad y títulos recuperados, aprobada

por Decreto de 7 de Agosto de mil novecientos treinta y nueve, dispone que los particulares o entidades que reciban directamente de los Juzgados gubernativos títulos mobiliarios, documentos u objetos recuperados, satisfarán, en papel de pagos al Estado, en el momento de la recepción, un dos por ciento del valor de dichos efectos, y el Decreto de diez y siete de Octubre de mil novecientos cuarenta declara exentas de pago de estos derechos a las Instituciones de Beneficencia y benéfico-dócentes.

Teniendo en cuenta la especial protección que en todo momento deben merecer al Estado las Instituciones religiosas, debe ampliarse aquella exención a los bienes afectos a cargas piadosas o de carácter espiritual que sean devueltos a la Iglesia.

En su virtud, a propuesta del Ministerio de Hacienda, y previa deliberación del Consejo de Ministros,

DISPONGO;

Artículo único.—Se declaran exentos del pago de los derechos que al Estado corresponden, en virtud de lo dispuesto en el artículo treinta y tres de la Instrucción de siete de agosto de mil novecientos treinta y nueve, las devoluciones de títulos mobiliarios pertenecientes a la Iglesia que se realicen por los Juzgados gubernativos o por la Comisión Liquidadora de la Caja Marxista, de Reparaciones, creada por Decreto de nueve de Marzo de mil novecientos cuarenta.

Así lo dispongo por el presente Decreto, da lo en Madrid a veintidos de Julio de mil novecientos cuarenta y uno.

FRANCISCO FRANCO

El Ministro de Hacienda, Joaquín Benjumea Burin

Vida Diocesana

ACCIÓN CATÓLICA

ORIHUELA.—IMPOSICION DE INSIGNIAS

El día 25 del presente octubre en el Colegio de Jesús María tuvo lugar la solemne imposición de la nueva insignia a las dirigentes de las dos Ramas femeninas de Acción Católica. Impuso la insignia el M. I. Sr. Dr. D. Arturo Esquiva, quien pronunció unas palabras alusivas al acto. La parte musical estuvo a cargo de la escolanía de dicho Colegio, que cumplió de modo maravilloso su cometido. Terminó el acto con el *Christus vincit* y todas puestas en pie entonaron el himno de Acción Católica.

NECROLOGIA

Han descansado en la paz del Señor:

El día 14 del pasado octubre, el *Rvdo. Sr. D. José Illán Bascuñana*, Cura Párroco del Pilar de la Horadada.

El día 8 del mismo mes, *La Religiosa H.^a Gloria Sales Tobías*, de las Hermanas Terciarias Regulares de Ntra. Sra. del Carmen.



ESCULTURAS

ALTARES - ORFEBRERIA

ORNAMENTOS LITURGICOS

**RAFAEL
PERIS**

PAZ, 37. - Teléfono, 13343

TALLERES:

C. CUENCA, 30. - Teléfono, 15620

VALENCIA

REPRESENTANTE EN ALICANTE

J. Ballester Herrerías

Plaza Castellón, 14. - Tel. 2091 - ALICANTE

Bautista Roses Soler

Fundición de Campanas



ADZANETA DE ALBAIDA


(Valencia)

Butsems y C.^{ia}

BARCELONA - Rambla de Cataluña, 35
TELEFONO, 16442

Altars, pilas bautismales y de agua bendita,
comulgatorios, púlpitos en piedra y mármol
artificial sintéticos.

ARCOSITA Y MARMORITA



Altars desde 1.000 pesetas

Visite exposición en la Librería
Vda. de Estruch

Mayor, 19

ORIHUELA

Banco Español de Crédito

Domicilio Social: Alcalá 14, MADRID

Sucursal de Orihuela: (Alfonso XIII)

Capital autorizado	100.000.000 de pesetas
Capital desembolsado	51.355.501 » »
Reservas	63.026.907'21 »

400 Sucursales en España y Marruecos. Corresponsales en las principales ciudades del mundo. Ejecución de toda clase de operaciones de Banca y Bolsa

Tipos de Interés desde 1.º Junio 1939

CUENTAS CORRIENTES A LA VISTA

Las que tengan un saldo medio de	5.000 a 50.000 ptas.	1	% anual.
» » » » » »	50.000 a 250.000 »	0'50	% »
» » » » » »	250.000 a 1000.000 »	0'25	% »
» » » » » »	1.000.000 en adelante	0'125%	»

LIBRETAS ORDINARIAS DE AHORROS

Límite máximo que se abona interés hasta 25.000 ptas.
por cada interesado 2 por 100 anual

IMPOSICIONES A PLAZO

A tres meses fecha	1'50	por	100	anual.
A seis meses	2'50	»	100	»
A un año y más	2'50	»	100	»

Regirán para las cuentas corrientes a plazo los tipos máximos señalados en esta norma para la imposiciones a plazo.



Fernando Villanueva Sáenz

(Hijo y Sucesor de Alfredo Villanueva Linares)

VILLANUEVA DE LA SERENA

(BADAJOS)

Casa ESTRUCH

**Párrocos, Sacerdotes y Comunidades Religio-
sas, compren siempre en CASA
ESTRUCH en donde encontrarán:**

Gran surtido en artículos religiosos:

Imágenes para los Altares -
Orfebrería - Estampería - Cruci-
fijos de variadísimos modelos y
tamaños - Rosarios - Libros pia-
dosos - Velas y Lámparillas para
el culto - Artículos para Cateque-
sis, etc. etc.

Todo a precios de fábrica

Casa ESTRUCH

Mayor, 19

ORIHUELA